Admont, 2. Hälfte 12. Jh. (1202/1208)

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



118

uis. potes me mundare. Et extendens ma
nu. tetigit eu dicens. Volo. Mundare. Et con
festim mundata est lepra ei. Et ait illi ihc.
Vide nemini dixeris. sed uade ostende te
sacerdoti. et offer munus quod preceptit moyses
in testimonium illis. Cum autem introisset caphar
naum. accessit ad eum centurio rogans eum
et dicens. Domine puer meus iacet paralyticus in
domo. et male torquetur. Et ait illi ihc. Ego
ueniam. et curabo eum. Et respondens centu
rio ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum
meum. sed tantum dic uerbo et sanabitur puer
meus. Nam et ego homo sum sub potestate habens
sub me milites. et dico huic uade et uadit.
et alio ueni et uenit et seruo meo fac hoc et
facit. audiens autem ihc miratus est. et sequen
tibus se dixit. amen dico uobis. non inueni tanta fi
dem in israel. Dico autem uobis quia multi ab ori
ente et occidente uenient et recumbent cum